

CENTURIA  
**DECISIONUM**  
PALATINARUM

*Seus*

RERUM IN SUPREMO DICASTERIO  
Neoburgico majori ex parte judicatarum, vel  
salem in controversiam vocatarum.

*In qua celebriores quotidianiq<sup>ue</sup>, casus noviter nati ex  
Iure Cæsareo, Bavarico, ordinationibus Palatinis, &  
aliis Novellis Constitutionibus  
resolvuntur.*

AUTHORE

**CASPARO MANZIO IC.**  
CONSILIARIO ET CANCELLARIO  
AULI NEO-PALATINO

*Cum duplice Indice Quæstionum, & rerum atque  
verborum.*

EDITIO SECUNDA,

pluribus in locis & aliquot novis Decisionibus aucta  
& corredita,

• (o) •

FRANCOFURTI & RATISBONÆ.

Sumptibus JOHANNIS CONRADI EMMERICH.  
Civis & Bibliopolæ Ratisbonensis.

---

ANNO M DC LXXII.



SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

D N. PHILIPPO VVILHELMO

Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Juliz, Cliviz, Montium, Comiti in Veldenz, Sponhaim, Marchia, Ravensberg, & Mocrs,  
Domino in Ravenstein.

PRINCIPI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

**N**ihilum bodie Regium, vel aliud excelsum Tribunal fere est, SERENISSIME PRINCEPS, quod non decisiones suas, & sententias inter partes litigantes pronuntias, publicis typis commisit. Idq; duplii de causa fieri plerumq; consuevit, cum ut apparet, viros in eo loco doctos & peritos haberi, qui maturo & perpenso iudicio controversias hominum disjudicent; cum ut publicè omnibus ostendant, se justiam juxta legum prescripta, juxtagq; laudabiles locorum consuetudines, seposito omni affectu & respectu, administrâsse. Cum enim fieri non possit, ut non una vel altera pars in iudicio succumbat, & causa sua cadens se in justè lasam apud omnes plerumq; conqueratur, non inconveniens esse iudicârant antiqui & moderni, sententiarum à se latarum omnibus, tam superioribus, quam iis, quos vel causa concernit, vel apud quos sermo de re judicata incidit, rationem publicam reddere. Quibus accedit adhuc alia ex ordinatione Camera Imperialis p. i. c. 9. §. f. 34. petita Ratio, ubi Afflatores subventur suas Decisiones (qua preindicia aliâs vocari solent) diligenter annotare, ut posthac varietas & discrepantia evitari, & cum tempore ex illis, in publicis Comitiis propositis, leges efformari possint.

Quamvis enim sententia inter litigantes tantum ius faciat, apta tamen est, si solido fundamento nitatur, in legem transformari, & ius postea inter omnes facere. SERENITAS VESTRA suprimum suum Tribunal Neoburgi habet, cui ante sex annos me ad hoc prefecit, ut Iuri dicundo in qualitate Cancellariae praefessum. Sicut ergo in Electorali Universitate Ingolstadiana, qua me plurimis annis Professor & Interpretum Iuris agnovit, omnia fere scripta mea, qua auctoribus in calamus declaravi, postea in eum finem imprimi curavi, ut tam SERENISSIMO ELECTORI, quam Universis alis notum palamq; facerem, an officio meo in docendo regle funetus esset: ita nunc Decisiones istas, cum praeceptu & permisso SERENITATIS VESTRAE publicare volvi, ut eidem & omnibus alis ostenderem, quid in iudicando praeftissim, & si ego ab aliis, vel alii à me discreparunt (sic ut homines ad dissidentium naturaliter sunt faciles) quod non sine iusta & legitima causa in aliam sententiam discessisset. Quem conatum meum tanto acceptiorum futurum reor SERENITATI VESTRAE quod nullus ex omnibus Iurisperitis, quotquot aula Palatino-Neoburgica à sesqui seculo habuit (eorum autem plurimos & praeftissimos aluit) in hoc genere scribendi aliquid tentaverit. Sicut ergo flores, quo sunt rariores, eo quoq; gratiiores, praeftissimi in nostro horto nascentur: ita credo SERENITATEM VESTRAM florilegium istud ex celeberrimis casibus, eorumque Decisionibus collectum, & ex proprio ipsius dicasterio profectum, gratissimis manibus suscepit, meque clementissimo suo favore, & gratia, ulterius prosecutaram. Ex Musao, ipso SS. Philosophi & Iacobi festo. 1659.

Sciencitatis Vestre

Humillimus servus,

Casparus Manzius D.



## QUESTIO PRIMA.

**A**n Civitas teneatur ex mutuo,  
quod non in utilitatem Civitatis conversum,  
sed ad æratium vel cassam Provincialem, zu der  
Landschafft / translatum fuit?

## Summaria,

1. Causa.
2. An creditor alium, preter debuorem, videlicet cum, ad quem pecunia per-  
venit, exigere possit?
3. Debitor invito creditori suum debitorem delegare nequit, 37.
4. Nec actionem in solutum cedere fallit. n. 38. 39. 40.
5. Resolutio Coleri affirmativa, 12. Mevii, 13. Lanterbachii, 14. Besol-  
di, 44. an & quam authentica?
6. Prajudicia 50. 51. discussa 11. preoccupatio.
7. In rem versus an & quomodo dicatur, quod alteris fuit creditum. 34. 52.
- 8.
9. Quid si status vel provincia se se obliget loco civitatis, an liberetur civitas?
10. Solvens longissimo tempore censum indebitum, an post bac semper obligetur?  
56. 57. propter diuturnam præstationem? 58.
11. Opinio negativa, & ratio prima.
12. Civitas non obligatur, nisi pecunia in ejus utilitatem sit versa, 34.
13. Ratio Secunda.
14. Adiutor contra alium, quam cui creditum est, non datur.
15. Nisi contemplatione alterius creditum fuerit.
16. Creditor non curiosè inquirere debet, in cujus utilitatem alter pecuniam  
sumperferit, 24. limitatio, 25.
17. Exemplum in magistro navis.
18. Credens civitati attendere debet, quomodo pecunia impendatur.